150

G

42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

150
G 42

NKr. 4417

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

582538

PETRI PAPEI SAMARITES

comœdia de Samaritano Euangelico.

¶ Væneunt, BVSCIDVCIS apud Gerardum Hatardum, qui & impreſſit. Anno à partu Virgineo. 1559. Menſe vero Maio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

¶ AMPLISSIMO ERVDITISSIMOQVE DOMINO, Domino Ioanni Falluelio, Præpoſito Formoſellano, Petrus Papeus Salutem dicit plurimam.

PRæclarè & velut ab humanæ ſapientiæ oraculo dictū eſt: tum humaniſſimè, hanc viā ad gloriā eſſe proximā & quaſi compēdiariā, ſi quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. Quū enim vultus ſit quædā mentis imago & tacitus ſermo, animi bene compoſiti ſplendor in vultu ſe explicans, facile in hominibus ſui amorem excitat, nimirum virtute ſibi cōciliante & ſuperorū & hominū animos. Quā rē audio ſuperiorē p̄poſitū adduxiſſe, vt te cooptaret atq; inaugurarет in collegiū dignitatis ſuæ. Hoc etiā humanos oēs, hoc eſt Philologos bonaꝝ lr̃aꝝ cultores, ad te amādū colendū ſuſpiciendū cōpellit. Quapropter ego (tametſi ne ſemipagani quidē nomē agnoſco) ad ſacra tua adferre auſus ſui carmen noſtrū, id eſt Samariten Comœdiā inconditā rudémq;. Sed quia actionē eius pręcipitamus, perendie enim, hoc eſt poſtridie Natiuitatis Baptiſtæ agere cōſtituimus, celeriter amplitudini tuæ mittere fuit in animo, vt ſi qui eſt candor humanitáſq; tua, ludos noſtros præſentia tua condecorare videaт, inſtructior adſis. Si comiter accipis, erit ꝙ gaudeā: ſi deſpicis diſcam non adeò temere ad tam luculentos viros proſilire, ſed intra meā me pelliculam continere. Vale. Ex Athenæo Meniniano, decimo Calendas Iulias. Anno ſalutis humanæ Seſquimilleſimo trigeſimo ſeptimo.

¶ DRAMATIS PERSONÆ.

Megadorus ſenex.
Diabolus leno.
Hedylogus ſeruus.
Culo paraſitus.
Sarcophilia meretrix.
Cupido
Bacchus } latrones.
Mars
Ægio adoleſcens.
Eubulus pædagogus.
Dromo ſeruus.
Stabularius hoſpes.
Samarites adoleſcens.
Sacerdos.
Leuita.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

¶ARGVMENTVM.

Trimetri.

ADoptatum Ægionem à Megadoro, illicit
In amorem Sarcophiliæ Diabolus, opera
Gulonis atq; Hedylogi, quo meretricula
Potiatur adoleſcens, deſerit Hieruſalem,
Petit Hierichontem, cadit in latrones miſer,
Diſpoliatur, mactatur dire vſq; ad necem,
Iacet relictus ſemiuiuus in via,
Viant illac Sacerdos & Leuita, ſed
Medicamen non adhibent, quia vacui oleo erant.
Verum Samarites illac conficiens iter,
Ægro benefacit, vehit in diuerſorium,
Pandocheo tradit curandum, & curam ipſe agit.

¶PROLOGVS.

QVia Pædotribæ eſt non literis, ſed moribus
Bonis potiſſimum inſtituere ſuum gregem.
Ad conſcribendum Samariten animum appuli,
Blanditias & gulam vt fugiant, ſi ſapere auent.
Qui illic ſtat Ægio in latrones incidet,
Eluſus ab Hedylogo & Gulone, ſic Adam
Perijt gula, dolo ſerpentis, habens fidem
Vxori. Cæterum vos adoleſcentuli,
Mei filioli, diſcipuli chariſſimi, hic
Latetis in Ægionis perſona. Si enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Nequiter agitis ſemel, in vobis non eſt ſitum
Reſipiſcere. Talis opprimet vos calamitas.
Vt neq; ſacrificia, neq; quantumuis ſacræ
Literæ queant vos inde eximere, niſi pius
Samaritanus miſertus infundat oleum
Chariſmatis, hoc eſt gratiam almi Spiritus.
Ad vos reuertor ſpectatores candidi,
Æquanimi eſtote, prodit in proſcenium
Megadorus, adoptati pater, hunc componimus
Deo cum Patre. Ægio homo eſt, Eubulus refert
Rationem, cuius conſilijs traditus homo eſt.
Studet Diabolus inducere diuortium,
Quod vt efficit, perit homo, ſed reſtituitur
A Chriſto, operam date nobis per ſilentium.

¶ Actus primi Scena prima.

Trimetri, & eiuſdem rationis.

Megadorus ſenex.

NOn dubium eſt, quin ſalutem gnatus oderit,
Quin peſſum eat, olim ego impurum illum diabolum
Lenonem iniquum, peſtilentem, peſſimum
Plagiarium, indignum facit, qui ſic meum
Adoptatitium mihi Ephebum filium,
Rerum imperitum, illiciat in fraudes malas.
Ipſum dehinc video præcipitem ferrier,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Per prona pérq; abrupta nimium lubrica.
Parabam ſedulò regnum, delicias, opes,
Vxorem, amicos generéq; & potentia
Claros, & ingens prælaute famulitium,
Cultum, domum magnificam, rem lautiſſimam,
Ambroſiam, nectar, & duraturum penum
Perpetuum in æuum, vt Cleopatræ cibos,
Cupediasq; opiparas, adipoſas dapes,
Cereales menſas, ganeata Siculáq;
Fercula, vel vmbras, vel potius dicas nihil,
Præ illis meis quæ deſtinaram filio.
Hæc parui ſi quis æſtimet, addideram dies
Non protoplaſti, vel ſenis Mathuſalem,
Non Æſonis, vel Tithoni, vel Neſtoris.
Quis vita morbis, cladibus, doloribus
Iactata, vexata fuit, exagitatáq;.
Sed noſtro in regno morbis omnibus eſt loci
Nihil, at vt his tantis præ commodis, miſer
Præuertat inepta pœnitendáq; gaudia.
Diabolus illi illic maſtigia id autor eſt.
Hem flagitium hominis, meæ atram familiæ
Peſtémq; perniciémq;, noſtrum ſiccine
Corrumpere par eſt? ſed virum decet grauem
Animi impetum, & dolorem acerbum reprimere.

¶ Actus primi Scena ſecunda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Trimetri eiuſdē generis cū vno ſeptenario iambico
Diabolus leno. Gulo paraſitus.
Diabolus.

ECquid portenti noſtris adfulget oculis.
Videtur ex eorum me hercle quidem grege,
Qui illudunt callidè homines ſycophantijs.
Vt oppidò detrimentoſa eſt improbo
Homini lubrica lingua? Gulonem ſummum meum
Lædoria pene imprudens perſtrinxeram.
Gu. Vah coruos albos, & nigros cygnos videre erit.
Leporem nunc capiet cancer, nunc aurum pluet,
Et quicquid eſt optabile euax. Dia. Quur? Gu. Quia
Priſca reuoluuntur tempora, ſæculum aureum
Recurrit, Saturnus redit. Dia. Optem Delium
Natatorem, aut Appollinem, ſiue Oedipum,
Qui perplexos enarret gryphos mihi tuos.
Gu. Omnes modo agminatim virtutes polo
Relapſæ, hominū oīm imbuēt corda. Dia. Quid ita?
Gu. Rogas? tu qui in calumniam trahis omnia,
Et aliò vorſum ſemper dicta factaq;
Interpretaris, quàm quo fiunt, differis
Grauem ſententiam, belle euge philoſophe,
Vt grauiter metuis & ciuiliter, ne qua temere
Effutias, per ipſum reditura iugulum?
Dia. Au pſeudole, ne quid opprobres, ſatis mones

Similitudo. Attabas ſi ego tu Munenius,
Si tu Bithus, ego Bacchus: trahimus idem
Iugum ex æquo. Gu. Vera loqueris, eodē ouo ſumus
Prognati, & in eodem ludo edocti ſimul,
Farinæ ſanè eiuſdem, & conſecranei.
Dia. Graculus eſt graculo, Attabas Munenio
Coniunctus, & vulpes vulpi, & lupus lupo.
Gu. Hē ſator ſcelerꝶ. Dia. Au ſator & meſſor criminū
Gu. Virtutis oſor. Dia. Sarcinator malitiæ.
Gu. Veterator peſſime. Dia. Diſſidij & iurgij ſeges.
Sed heus, inopinantes nos penè hic Ægio
Oppreſſit, latius aliâs erit locus
Connugandi, inſtitutam fabulam interim.
Saltare pergamus, curemus ſcilicet
Hierichontem petat, contempta Hieruſalem.
Gu. Rectè mones, tum erit inſultationibus
Et contumelijs opportunus probe.
Dia. Gymnaſium fiet flagrorum, & plagipatidā.
Gu. Deglubemus eum, vſqꝫ ad mortē mulctabimus,
Dia. Tace, ne inſidiæ oboleant, lupus in fabula eſt.
Inſidiæ manifeſtæ cadunt fere irretæ,
Sed captemus, quid ſecum ſolus muſſitet.
Gu. Tu illuc cōcede, huc me illatebrabo ego ſtrēnuè.

¶ Actus primi Scena tertia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Ægio adoleſcens.

MIſerum me, quẽ ſeuerus tam miſeris modis
Pater affliɛtet, me iuuenẽ amęnũ & cupidũ
Vult alienum eſſe omnibus amœnitatibus,
Amœna amœne quas adoleſcentia
Fert, iure vetet eodem ignire ignem igneum, &
Fame famentem famere, atq; ſiti torrida
Sitientem prohibeat ſitire, ſed & vetat
Mandat ieiunio macere, & inedia
Fraudare Genium, gemere, opes profundere,
Ægenis erogare, bene velle, & etiam
Benefacere tam inimicis, quàm ſuauibus
Amicis indiſcriminatim, præter hæc
Hydropoſiam chameuniam, abſtinentias,
Vigilias, cilicia, iugeis præſcribit preces.
Velim excuſſum hoc tam intolerabile iugum meis
Humeris, ferám ne tam duri imperium patris?
Non faciam, non feram, æternum valeat pater
Catoniana cum diſciplina, mea
Nil refert, verum enimuero prope dum intuor
Nimium impudenter videar facturus, patris
Iniquæ haud ſunt leges, at apprime vtiles.
Illis parantur defecata gaudia, ac
Solida conſortia diuûm immortalium.
At quam libido fert voluptatem hominibus,

Quum pœnitenda eſt, tum felle vberrima ſcatet,
Boni quippe omnis enerriculum & ouium
Eſca eſt malorum nodo explicabili
Illaqueans incautos nimis ah miſeris modis.

¶ Actus primi Scena quarta.

Octonarij Iambici.

Diabolus leno. Gulo paraſitus.

Diabolus.

EHem ganeo. Gu. Ehem lurco. Dia. Pure pute ſycophanta. Gu. Eho
Cedo quid Philoſophi illum eſſe cenſes. Dia. Hem ſui guſtum dedit
Ingenij, etiam ſi anguilla ſit preſſabimus, tenebimus
Folio vt aiūt ficulno. Gu. E maſſa nullo ſe expediet dolo
Vt vt palpitet & luctetur & omnes ſcrutetur rimulas.
Dia. Titubātē de gradu deturbabim⁹ horrida dein mala
Conijciem⁹. Gu. Reuerebere vez hominē, hē graues cate
Loquit̃ ſentētias, putes philoſophū. Dia. Terti⁹ eſt Cato
Pietatis vltor, vah cultor volo dicere, in æquo labilis,
Dico ſtabilis, in flagitijs alacer. O ho iterum acer puto.
Vt ſępe pecco lingua incauta mentē p̃currit. Gu. Age age
Dia. Vitij imper⁹, ceu cautes fluct⁹ maris incōcuſſa, reicit
Solidam ſuper petram fidei, ædificauit ſolerter domū,
Quæ nec turbine, nec aquis torrentibus, aut ruitantibus imbribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Pulſata cadat. Gu. Sanè verò. Dia. Quid, ſuper arenam ais ſcelus?

Gulo. Minime verò. Dia. Probè nunc quidē, at illū Thalentem inſtantibus

Doctisq́ȝ canibus cōpellem⁹ in plagas, ſed tēpus hinc

Negotio eſt legendum, nunc Eubulo iunctus eſt ſuo,

Propterea adhuc nr̄æ ſunt cōtrahēdæ in arctū copiæ

Atqȝ inſtruendæ, vt opportuniore dimicent loco.

¶ Actus ſecundi Scena prima.

Scazontes.

Ægio adoleſcens. Eubulus pædagogus.

Ægio.

Diabolon Eubule animo dixtin intento

Meam in fraudem? Eu. Admodū. Æg. Qui raptet, affligat.

Extingat me? Eu. Sic. Æg. In me patris ingentes.

Deriuet iras? Eu. Oppidò ſtudet te ex hac

Hieruſalem elicere, ex pace bona in amentem

Hierichonta, hoc eſt extremas in erumnas,

Vbi luctus, fremitus, meror, calamitas, angor.

Et faciet, niſi caues, ſpecie boni. Æg. Terres

Me. Eu. Terribilis profectò eſt eius immane

Ingenium, ſanguinis atqȝ cladis humanæ eſt

Inſatiabile; proin monui, & denuo edico,

Proteſtor, denuncio: caue ſis, quaſi dirum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Anguem effuge, quaſi peſtem morte præſenti
Graſſantem ſubdolus, vafer, acer, aſtutus,
Blandus, ſeuerus, comis, durus, inſtructus,
Paratus in omnia fraudis monſtra, ceu Proteus
Varius, mentem obtinet polipodis, ignaris
Attemperat ſe, & vt anceps aream ſpargit
Dulcibus eſcis, blanditias ille item obiectat
Dum ſuper inducat caſſes, & necet prædam.
Puſillanimes, & ſtudioſos voluptatum
Sic irretit, magnanimos bile flagrante
Percit, truditq́; ad ſcelera mente cerita
Alienat à ſe, hoc eſt à mente mortales
Quos captat, à Deo prorſum auocat, quòd ſi
Patri Megadoro pares, qui te adoptauit,
Suúmq; dici hac ſolum lege tantiſper
Vult, dum facias quæ ſunt digna: proh ſumme
Deus, quàm ſolida tibi parata, quàm tuto in
Loco tua ſtat ſalus !ocata? ſin firmas,
Secúsq; inducis animum, vt audias illum,
Extemplo te abdicabit, pacta reſcindet,
Morieris, mors inobedientibus præſtò eſt.
Viue itaq;, & illum auerſare, hæc pater mandat.

❡ Actus tertij Scena ſecunda.

Senarij Iambici.

Diabolus leno.

ITá ne depingor? itan' propinor? méne iam
Deniq; deſiſtere incepto victum meo?
Quin in maiores inſtabo inſurgere dolos,
Nec aperto decernam Marte, ſed alia via
Aliáq; ineunda eſt ratio. Si quid te iuuat,
Nec qua inſiſtis ſuccedit, frangier animo
Miſerum eſt, alia eſt tentandum, deſtinabitur
Gulo atq; Hedylogus vafer huic prouinciæ,
Qui lenocinijs, obſequijs, ſalibus, iocis,
Facetijs, ludis, amœnitatibus,
Virilis paulatim effringant robur animi,
Poſt ego ſuccenturiatus omnes machinas
Adhibebo, nec deniq; labor erit irritus.

¶ Actus ſecundi Scena tertia.

Octonarij Septenarij, & Senarij Iambici.

Hedylogus ſeruus. Gulo paraſitus.

Hedylogus.

QVàm iniquè comparatũ eſt, vt quibus minus ſunt proſperæ
Res, vbi ſemel inclinarint ad mala, ſtatim adglutinet
Se confertim malæ res aliæ, calamitas adhæreat
Calamitati, vt trahit ãnulus ãnulũ: en ego deprimor
Seruili conditione, quæro, fero, refero, tundo, molo,
Obſono, curſo, circũcurſo, vocatũ eo adoleſcẽtulos,

Cõcilio, adduco, delicias facio, excarnificãte interim
Vẽtre: exin ne quid vorẽ in fame, ablegor aliò foras.
Cyminum vt rediĳ ſeritur, gliſcit rixa, iurgium
Ferueſcit compoſito, calumnia mihi intenditur.
Edundi pugni lorũmq; offeruntur, rapior & vlmeus
Fio, vel ſi pugillus (quod rarũ) atri obĳcit panis, aut
Vitiati caſei, oculis emiſſitiĳs mox me impetunt
Configunt vultuoſi, aiunt ſeruũ bone frugi, qui edat
Parcè, laboret ſedulò, vſq; cantilenã hanc occinunt,
Parit ſatias ignauiam, ſtultitiam, malitiam.
Si veſcor auidius, in ore bouem gerere: modeſtius
Si forte ligurio, faſtidire me iurant ſimul
Omnes, nunc præter hæc intolerabilia infortunia
Latrante ſtomacho, hiantibus longe late ilium cauis
Me Hieroſolymã legauit herus Diabolus: vt Ægio
Nunc fœlix impulſore me mutet coloniam,
De eſu nihil, viaticum non dedit, infaniam,
Quid potius faciam, exenteratus, effractus fame?
Tum mordace excipit noſtram dicterio inediam,
Vt illam Dĳ omnes eradicent ſtirpitus
Emolumento eſt famelicus, ait ſeruus venter artifex.
Quid non effecit? coruos, picas, pſittacos nr̃i ſubigit
Sonare verba, varias meditãdo artes iubet extũdere.
Qui delicatè nutrit ſeruum, contumacem ſentiet.
Qui pereat funditus cum illa diſciplina, hic dies

Tertius eſt poſtq̃ ariditate crepito, ieiunio
Conficior, fame tabeſco, aridior pumice, nam ſitim
Vt non Bacchus, Achelous facile ſedat, cæterum
Fames moleſtus interpellator q̃ vrit? nullum modũ
Didicit ſeruare venter ille improbus. Gulo. Hedylo-
gum mihi dari in
Conſpectũ geſtio, quo ex vſu vtriuſq; illud q̃d fiet,
Cum eo colloquar. He. Eſt ne illic Gulo? certè eſt, ô
paraſilatium
Columẽ ſalue. Gu. Hẽ gymnaſiũ famis. He. O indiæ
Colonia, ecquid ſuboluit præda tibi? Gu. Niſi nariũ
ſagacitas
Me fallit, olet. He. Quid olet? Gu. Quid oleat? im-
peritus callidè
Ludificãdus iuuenis. Si id odoraris nõ pituitoſus es,
Nec reumatiſmo infeſtarꝭ. G. porrò q̃ſi piſcis itidẽ eſt
Verriculo conuerrẽdus, & paulatim proliciendus in
Amorẽ. He. Nihil eſt hic loci oſcitantiæ atq; ignauiæ
Sic eſt hominis animus formatus, & fictus probè
Philoſophicis ſententijs, niſi vulpina circumuenis
Techna, magis egeris, vt qui perito tendit retia.
Gu. Intelligo primũ mens eneruãda deartuãdáq; eſt.
Salua mente in munito eſt conſtituta homini ſalus,
Effœminata verò it peſſum momento leuiſſimo.
He. Ita res eſt, delitijs & palpis percutiẽdꝰ eſt, proin

Aſſimulabo præſtigiatorem, circulatoris mihi
Perſonam ſumam, ioculares effutiam ſales,
Profitebor artē theſſalicā carminibus, herbis faſcino
Nihil non pollicebor, tamen orationi tum vide vt
Subſeruias appoſitè, ſi partes præſtas rectè tuas
Verba dabimus, facili vtemur ad eſcariā rē cōmodè,
Te attempera, vtcꝫ ventus fuerit exin velum verteris
Gu. Vtrancꝫ in aurem dormi, curabitur, vtar foro.

¶ Actus ſecundi Scena quarta.

Senarij omnes.

Ægio adoleſcens Eubulus pædagogus.

Ægio.

A Rectè qui habetur filius, pro incommodo
Paruo quod nunc eſt, commoditates ſentiet
Poſt olim ſolidas, grauidáſcꝫ ſuauiſſimis
Venuſtatibus, hoc pro me in primis adducit, vt
Patris feram imperium, in officio me hoc tenet
Vehementi auctoramento, verbis conſequi
Nequeo, quantopere trahat paternus candor, &
Quàm gerit erga me ſolicitudinem piam,
Quod patrium eſt inuitat, monet, obſecrat, dein
Interminatur, iterum promittit bona
Daturum in officio manenti. Itidem mala
Cumulatiſſima capturum me, ſi à munere
Diſcedo filij. Eu. Viſo quid agat Ægio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Sed eccum, perquàm opportunè te quærito.
Quid agis? Æg. In cogitatione hæret animus,
Atq; in pauore. Eu. Multis expedit in metu
Eſſe, beatus qui ſemper eſt pauidus, tamen
Quid eſt quòd maceras te? Æg. Grauiter territas,
Inculcas, obtundis de eadem ſæpius
Re, neſcio quam aduerſum me fingi fabricam
Verſare Diabolum in caput meum dolos
Metuenda verba blanda, nequaquàm aſpera.
Eu. Rectè ſanè, quandoquidem veluti toxicum
Auro gemmiſq; haud in fictilibus vrceis
Bibitur, idq; ora poculi circumlita
Melle, ita animi venenum præſens dulcibus
Latitat in verbis, in picto tectorio
Sermones blandi præferunt imaginem
Beneuolentis animi, ſed furtim deſtruunt
Mentem, atq; omne bonum; hinc deliciæ, ludi, ioci.
Libidines illecebræ, propulſanda ei
Suis qui rebus ritè conſultum velit.
Æg. Iſthæc res eſt, verũ male me habet, quod quaſi
Mali præſagus inſtantis, toties ais,
Niſi caueo fucum, os ſi ſublinitur mihi,
Deciderim gratia, in me cudetur faba.
Nec, quod durũ apprime eſt ingenuo homini ſuam
Solum pro delectamento aut ludibrio, at

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Male mulctabor miſer, tundar odioſius
Ptiſana in pila, feriente pilo deſuper.
Eu. Cauto eſt opus, ne tanti particeps mali,
Tam inamabili hæreas (vide cautim) in luto.
Eg. Abijt, eandem cantionem recinuit.
Vah toties officij memorem moueriet?
Men ſutelis poſſe capi ſycophanticis?
Apage, haud capiar quidem, obfirmaui animũ adeo
Et præmuniui, in portu tutus nauigo.

¶ Actus tertij Scena prima.

Senarij Iambici & Trochaici.
Gulo paraſitus.

VT nunc hoĩm eſt fides, par eſt quæſtũ ad ſuũ
Vnumquenq; eſſe attentũ, vigilem, callidum
Seruare ſi cuiquàm datam pergis fidem,
Ad raſtros tua actutum res redierit, teres
Digitulo ſalinum, ego ſum mihimet proximus
Per fas nefas, ſi poſſum, proſpiciam mihi.
Parare ſtudebo chœnicem etiam incommodo
Hedylogi, nec quicquàm verbis eius ſubſeruiam,
Aduerſum eum volens prudénsq; conferam
Orationis aciem, atq; aduerſabor ſedulò.
Si facio rem, dentibus ſi quod molant paro.
Ille nihil ferret, patiárq; me vel ringier.
Si non progeditur inſtitutum ſub manus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Tum demum aptabo me ſcenæ, atq; fabulæ
Accommodabo, fucis mantellum obuiam
Aliquod meis erit, concendo in editum
Hunc locum, vt frequens huc ad me concio confluat.
Verum quid potiſſimum, vnde accedat ſpes lucri,
Hic pollicear? aut comminiſcar? hóc ne? non
Placet: illud? haud expedit: hau quid ſi ſic? nihil
Minus: hem quid illud? friget, deniq; repperi,
Res compendioſa veritas eſt, ſanctáq;.
Nimirum Superorum conciliat & hominum
Animos, ipſam ſectantur, inquirunt, amant,
Hinc quæſtum facere, & hinc victum corradere
Contendam hodiernum: accurrite mortales, bonum
Summum adduco venale (euge en numerus bonus
Hodie procedo pulchre) nempe cœlicam
Illam veritatem, eam tenete: ſtate, quid
Fugitis? quin manete, ſtupidiores caudice
Sunt, parieti loquor, odioſa eſt veritas,
Tamen obſtinatè, vt cæ pi, propoſitum premam.

¶ Actus tertij Scena ſecunda.

Septenarij Trochaici.

Hedylogus. Gulo. Eubulus. Ægio.

Hedylogus.

AGite, ſi quis eſt mortalium cui libitum ſiet,
Monſtra cernere, ſpectra, portēta, & rerū miracula,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Adſit huc, me videat, obſeruet me, miretur, dabo
Mira prodigia: in taurum, aſinum, ceruum, ſuem, aut lupum
Si velis quem abire. Iuppiter ſum, efficio quod lubet.
Hermes, Triſmegiſtus, & Zoroaſtes, Hecate, Colchis, &
Circe, Sagana, Camidia, atque Pſelli, & Marſi in me ſua
Omnes contulere vno veneficia animo, me ſuis
Artibus atq; dotibus imbuere. Gu. Contra fluminis
Curſum nitor, & aduerſis agitur ratis mea flatibus,
Ego deſtituor. Hei, gregatim ad illum populus conuolat.
Quin hinc me amolior? qui quem occepit quæſtum morer?
Eſt meo ægre animo, illi ſine me obtingere quippiã boni.
Proin turbas ciebo. He. Hermaphroditos & Tireſias creo,
Et dapes paſetis præbeo. Gu. Nugæ, ſomnia, fabulæ.
He. Vbi volo, incanto veſaniam, excanto prudentiã,
Verum enim ne timueritis, veſtram ne pecuniam
Carminibus meis crumenis è veſtris huc euocem,
Hercule non faciam. Gu. Non hercule faciat, etiam maxime

Si velit. He. Diuitias ſi quis expetat, magis hercle
Sum dexter, gygis polliceor annulũ, atq; virgulam
Diuinã. Gu. Aureis diuitat nebulo fartis centonibus.
He. Qui rapi à Veneribus, atq; optari à regib⁹ gener.
Et quicquid pedibus tetigerit, mox fiat roſa poſtulat
Phyltra, pocula amatoria poſtremum omnes dabo
gratias.
Gu. Gerræ germanæ, & λῆροι λήρων. He. Si pericula
Omnia omnis immunis mali tranſire geſtias,
Præſentiſſimũ offeram amuletũ, & baculum laureũ.
Gu. Maximus nugator, faſcinator ignauiſſimus.
Eu. Quin inquã mane, mane obſecro. Æg. Maneam.
Eu. Quid te is perditum?
Æg. Perditum? quid hauriam tantum mali, nunc ſi
audiam
Paululum facetiari, & nugari, animi gratia?
Eu. Perieris, ſi quæ ille fabulatur, immittas tuis
Aurib⁹. Æg. Logus me perdet vnus? Eu. Vn⁹ te logus
Inquã perdet, idq; non repente, at ſenſim ac clanculũ,
Nanq; vt carcinus malum immedicabile, totum
haud corripit
Continuo corpus, nec hominẽ protin⁹ phthiſis necat
Sed mala hæc ſerpunt, dieſq; aliquot exitio proferũt,
Sic colloquia praua, herbeſcentẽ ſegetẽ mentis bonæ
Paulatim necant. Aures igitur tuas niſi clauſeris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Delicatis, mollibus, ineptis iocis: heu claudier
Fontem ſentiet benignitatis patriæ tibi.
He. Deliros acheronticos ſenes, etiamqui iam alterũ
In charontis cymba poſuere pedem, reddo priſtinæ
Quum libet iuuentuti, Medeæ exemplo nobilis
Fando ſi audiſtis cœpiſſe reiuueneſcere Æſonem
Medeæ opera. Gu. Ne frontem impudẽter perfricat
    ſcelus,
Confidenter enim garrit, cuius neq; pes compareat
Neq; caput, bibit vel ex gallo amne vel laruæ atræq;
Bilis agunt hominem: mitte Æſonem, at Peliam
    vide, vt perit,
Illi dum parat iuuentutem Medea reducere, hic
Aureos promittit montes, melláq;, & hibleos fauos,
Quum neq; apiculam, imò aut plumbeum nummũ
    ne habeat quidem.
Aeg. An flagitium eſt feſtiuis leporibus operam dare
Exiguam? Eu. Sub omni lapide ſcorpius dormit tibi
Inſidias vbiq; tendit Diabolus, prorepeat, &
Quærit rimulam anguſtam, qua blanduli lenocinij
Inſumet vel ſemiunciam, quam quum tranſmiſerit,
Iacet inermis animus, tum feneſtrã amplam libidini
Pandit omnẽ ad nequitiã, vitiorũ erumpunt agmina.
Parua initia eorum erant, qui nunc ſunt perditiſſimi,
Per gradus ſerpit malum; vt cœpit, reſiſte in limine.

Opprime dum nouum eſt. Ægio. Ah tu enecas me;
religio irrita eſt:
Excolare culicem, ſi chamelum temere glutias.
Non rectè ex anguilla peiorem facis angue viperam
Eu. Ah ſi ſapias Ægio, liqdo ſanè & facile intelligas
Demiſſa in animũ tenerũ iocularia quãtũ effœminẽt.
Illecebra illecebrã parit: Lycurg⁹ & Cato & Helias
Ad nequitiã poſſunt, ſi auſcultẽt, profectò adducier.
Æg. Aufer iſthæc, etiã ſi alliges me tormẽto ferreo,
Non me retineas. Eu, Eia mane: abijt, operã perdidi.
He. Tam capitalis nemini eſt hoſtis, quin ſi libitum
eſt mihi,
Conceptis queam verbis ſarcire integrè gratiam,
Et redire cogam in gratiam longe efficacius,
Quàm aut Iunonis aut Veneris ceſto. Gul. Vt ei Dij
malùm diunt,
Sic hiberas nugas, atq; portentoſas nænias
Blaterat. He. En ego me comparo, vt ſpecimen dem
artis meæ.
In manu mea veſtri ſunt animi, confeſtim ſacros
Vt ſuſurros murmurarim, vos vel ingratis mihi
Conciliauero, quin momus ille ſenex, ſqualidus,
Et fame ęger nimia, qui nũc iã ex diametro pugnat in
Me, odium ponet, dextram iunget, fauebit candidè.
Gu. Vt confidit faſcinator: tenebras cudit, verba dat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

He. Accingor, date operã, ſi non re ipſa cõprobauero
Quæ expectatis, ſim ridiculus aſinus inter ſimias.
Iuppiter, Venus, Triadéſq; proſpere reducite in
Gratiam æmulos, Mercurio dextero internuncio
Iras, caría atterite mea, tu mihi qui male vis, redi ad
Mentem λνῶθι καίρον τὸ ὄρνεον σπεύδει πρὸς τὸν
βρόχον.
Sincretiſmus ẽ re eſt nr̃a, nõ pugna, at pax fert lucrũ,
Spectatores hoc niſi carmẽ, plane erga me candidos
Vobis infudit animos, mulctate, occidite funditus
Me. Gul. Satius profectò eſt, cum homine inire
gratiam bonam,
Quippe ei ſi cõmoda congruunt, vt propitios Deos.
Dexteróſq; habet, recipiar in partem conſertij.
Albũ addo igitur calculũ, Theſeus redditus ex zoilo
Hem, tuus ſum, non meus, veneficijs ita me tuis
Alligaſti, tu qui hic cõſutis lemurũ & magicis dolis
Adſtas. He. Immo equidem tunicis conſutis adſto.
non dolis.
Gul. Hau hau, homo tum ſanus es? qui tunicis hic
adſtare te
Autumas, non pedibus. He. Callidè hercle tu atqui
men' vides?
Haud adſum pedibus. Gul. Ita profectò elixum te
mauelim.

Æg. Euax, lepidos homines, delicias loquũt & roſa
Mœrorem exturbant, animi propulſant ægritudinẽ.
Gu. Hem, nunc tu illud inſta, eſt noſter, inhiat eſcã,
hamum vorat.
He. Exemplum artis en aliud meæ, ouum hoc hic
quod cernitis,
Auferendũ ad antipodas, ſtigijs mandabo manibus,
Et fiet. Ægio. Papæ. He. Proſerpina, Pluto, Alecto,
Cerbere,
Auferte hoc hinc, quo volui foras videt in dæmones
Obſequi nobis? heus reddite hoc idẽ, en ſubſeruiunt
Iterũ hem mãdo, vt huius ſit penetrabile mox annuli
Liquido cernitis, quàm prompti, quàm præſto vſq;
obtemperent.
Proinde ſumite hoc cœnaticum Genij paraſitici
Pro veſtra bona opera, hoſtimentum leue, adeſte
heus denuo,
Efficite hoc, vt lintheum ardeat, neq; tamen incendio
Vllam contrahat labem, en igne ardet, & immune
eſt mali
Omnis, ecce mea ipſe capio, contineo, ſeruo manu
Ignem illeſus impunè. Ægio. Hei, quo munere hic nõ
dignus eſt.
Gu. Liberali me hercle tu quidem præditus es indole.
O magnæ ſpei, expectationisq; adoleſcentule,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

O olim tui quanta ingenij decurrant flumina,
Q̃ clare impetus virtutis ædas, niſi retunderet,
Reprimeretq; acumen iſtud, inhumani iugũ patris?
He. Macte animi iuuenis, nuſquã ars tantam laudem
inuenit mea,
Nec parauit amicos preter te, tam ſtupidos, caudices
Plumbeos, inertes, lapides, fungos, atq; imagines
Hominum videas verius, quàm homines, apud quos
ſit fame
Pereundum, priuſquàm his quicquàm ſuppeditetur
artibus.
Æg. Vah tantas adeon' iacere artes? ne formida tibi
Virtus vt deſit, curaberis à me, quin penarium
Potius compilabo patris: eſte animo interim bono.

¶ Actus tertij Scena tertia.

Trimetri Iambici.

Megadorus ſenex.

HVi, quidnã hoc eſt? q̃ iſthæc eſt perturbatio?
Et præcipitantia? iamdudũ incurſim domũ
Accurrit filius, exanimatus, inſolens,
Anhelans, pene effregit foribus cardines,
Raptim in culinam ſe dedit vbi, neſcio
Quid, niſi ſurripuit quicq̃ eſcarium, inde tum
Foras extemplo proruit ſe, hoc vt mali
Portendat quippiam, animus anxius in metu eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Argumentum eſt mali importuna celeritas.
Vah, cui nunc credas? ita rara eſt homini fides,
Nam pædagogo gnatum Eubulo tradidi
Seruandum, formandum, imbuendum moribus,
Atq; literis, materiæ artificem ſcilicet
Probum adhibui, hoccine eſt boni officium viri?
Sine arbitrio, inconſultum, innomicatum, vagum
Sinere? quò fert libido, quò impellit animus.
Expoſtulabo grauiter hanc licentiam
Cum homine: verum eſt ne hic, quem video coràm?
ipſus eſt.
Quo rem reſciſcam, vti ſe habet, exploratius,
Aſſimulabo quaſi nihil horum nouerim.

¶ Actus tertij Scena quarta.

Senarij eiuſdem generis cum vno ſeptenario.

Eubulus pædagogus. Megadorus ſenex.

Eubulus.

ATat, quid agam nec quid tentem ſat ſcio.
Iniquiore nunquàm, quod ſciam, in loco
Fui, quo nunc ſum: adeam ne, & faciam patri
Palàm, quantum expergè facit malum Ægio
Sibi? an cælem? loquar ne? incendam acerrimum
Ita acre geſtat acetum in pectore, taceam
Quaſi huius adiutor nequitiæ, deputer
Quouis ſupplicio dignus, ſic refundere

Flagitia diſcipulûm in magiſtros aſſolent.
Præterea vbi reſcierit, adeo commode
Fortaſſe tractet adoleſcentulum, luto
E cenoſo eliciat, atque à me amoliar
Simul crimen: at vbi inueniam iam herum? ſed heus
Ellum: here ſalue. Mega. Ecquid noſter? hem tum pedem abeo?
Eu. Heu here. Mega. Quid lachrymas? ſaluus ne eſt? Eu. Vellem quidem.
Mega. Me miſerum: perijt, perijt? Eu. Haud vt tu autumas,
Animi laborat ægritudine. Mega. Oh quid audio.
Eu. Diſciplinæ iamdudum noſtræ transfuga,
Ad paraſitos, nugones, ad veneficos,
Circumforaneos, atque magos deficit,
Illis operam dat, adhæret contumaciter.
Me reijcit, faſtidit, odit, deſpuit.
Mega. Heu, tales nactus eſt præceptores? capra
Gladium. Eu. Megadore, affectat ad crimina viam
Per angiportum, pérque anfractus deuios,
Amens iam nunc hac ſe proripuit, neſcio
Quid cælatum ſub chlamyde geſtitans: ſequor,
Quò ruis, inquam: eho dum ad me, reſiſte paululum
Ille obſurdere amabo mi Ægio volo
Te paucis, tantundem fugere ipſe quaſi lupus

Clamorem, iamq́ꝫ ſe è noſtro ſubtraxerat
Aſpectu, Megadore Megadore. Mega. Lachrymas
Vehemens mihi abſumit dolor, hæc eſt Diaboli
Techna, hanc exorſus eſt telam, quo illum auferat
Nobis, nec faciet. Eu. Aſpergis aquã. Me. Spe trahor
Non parua illum porrò affuturum ſaluum, vbi
Iuuentus refrixerit, vbi pœnituit ſui.
Animo morem nunc gerit, olim ſapiet tamen,
Porrò meditata & formidata, aduerſa ſunt
Omnia mihi. Itaqꝫ finge, molire, effice
Opera, conſilio, induſtria, quantum potes,
Redeat dehinc in viam, quod ſi te ſenſero
Officio deeſſe, nec conari ſedulo
Hic: intellextin? exempla haud leuia manent
Te, abs te ſi pereat, eius ſanguinem exigam.
Eu. Bona verba quæſo. Mega. Quod res eſt, dico.
Eu. Dehinc
Operoſo & vigili te eſſe animo Eubule impero.

¶ Actus tertij Scena quinta.
Senarij Iambici & Trochaici cũ vno ſeptenario,
Hedylogus. Gulo. Ægio.
Hedylogus.

MAlum igitur à me mendicas tibi furcifer?
Faceſſe, ſis à me, abin. Gu. Abeam? He.
Quid tibi rei

Hic eſt? Gu. Nempe quod in balneo cani, hoc idem
Eſſe cenſem hic mihi. He. Nempe idipſum, eho mihi
Non licere rem meam me ſolum vti, volo
Loqui atq; cogitare? te ſine arbitro?
Quid tu, malùm, me ſequeris? Gu. Decretũ eſt mihi,
Quaſi vmbra ſiem, quoquò tendis te perſequi.
He. Quid ſi directus hinc abeam in malam crucem?
Gu. Eſt certum mihi, tecum ad crucem vſq; pergere,
Téq;, ſi detrectet carnifex, ſuffigere
In ſublime, qui paſcas coruos. He. Quid reſtitas?
Amolieris te hinc, malùm, heus vmbra? Gu. Siquidẽ
Prædam ex æquo facis dimidiam, quæq; me
Contigit, partem actutum das. He. Siquidem tibi
Infortunium dabo, niſi hinc te protinus
Aufers. Gu. Tum me tum verbis proteles tuis?
Ne fiam lucri, qui & laboris particeps
Fui. Æg. Opportunè huc contuli me, vt fabulam
Hanc ſpectem, & ſuauiter arbitrer. He. Ceſſas loqui
Proteruè? tantum ſi lubet: hem cape, tange ſis.
Gu. Ne me irritaſſes, crabro ſum irritabilis,
Fames & mora bilem in nares mihi conciunt,
At contumelia iſta acuit iras. He. Itan'
Verò auferas? heus carnifex? Gu. Trifurcifer
Feris? hem tibi, tu quoq; viciſſim vapula.
Æg. Ha ha he dum velitantur, certant, raptitant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Et diſcernunt pugnis, rixiſq;: vter cibo
Potiatur, hic vt ſolus, ille ſortis in
Partem vt recipiatur, vterq; à cibo excidit,
Ex ipſis ſuis bolum amiſere faucibus.
Ferueſcente enim certamine en vorax canis
Aduenit, rapit depoſitam humi eſcam, atq; illico
In pedes ſe dat: riſu emorior, quàm gaudio
Delibutus eſt Moloſſi animus? vortit bene
Ipſi profectò, at illis infœliciter
Vt vulgo ſolet, inter quos male gratia coit.
Pernicioſa omnibus eſt ſemper contentio.

¶ Actus quarti Scena prima.

Octonarij & Septenarij Iambici.

Diabolus leno. Hedylogus ſeruus.

Diabolus.

VBi tandem meos inueniam? vbi nanciſcar
differam,
Dilacerabo infortunijs, vah tam ſegniter atq; frigid
Maſtigias delegatum ſibi curare negocium?
Tantæ ne molis, tantæ induſtriæ, imperitū omnis re
Iuuenem ad nequitiam pertrahere, atq; perſuadere
quo ſolum
Vertat. He. Quis hic loquitur? nullus ſum, herus eſt
qui vtinam aut hic non ſit, aut
Ego alibi: tam, edepol, eſt toruus ſi ſinapi victitet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Adeo, hercle, triſtem reddi poſſe nunq̃ cenſeam
Iracundo, iracundior Hadria, Stentore clamoſior,
Minus quietus Euripo, nequit conſiſtere
Ita eſt homo, ſemper iurgat, turbat, mulctat, malo enecat.
Quid vis potius, quàm tam violentum imperium perferas,
Sed ceſſo me hinc ſurripere? eia age, ſubita te mox ſubtrahe fuga
Hedyloge. Dia. Quẽ malùm audio hic, tam nequitiæ & criminum
Caput, talaria induas, ſurripiasq́ hinc te protinus?
Vos quærito ſtabula flagitij adeon' ceſſatũ oportuit?
Hem, nondum laqueis incluſiſtis illum ter venefici?
He. Non potis eſt, ſic Eubulus pædagogus inſtruit, monet.
Inſidias indicat, noſtriſq́ clypeum obijcit.
Dia. Furcifer iniectã tragulã ſeni, factámq́ fabricã
Oportuit, & eiectum omnem à parendo diſcipuli animum,
Id ſi ſuccederet minus ex ſententia, ſacra anchora
Soluenda erat, noſtriſq́ pugnandum triarijs.
He. Adeo inuolute & nodoſe loqueris ænigmata,
Non hercle intelligo. Dia. Non? hem. Hedy. Non, Hedylogus ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Sum, haud Oedipus. Dia. Nempe ego aperte dicam, tum neſcis, &
Includi quaſi ſagena, multorum milia hominum?
Sagena hæc eſt voluptas, qua ſeueros iam diu
Fruſtra omni telorum genere oppugnatos, tandem ſub iugum
Subigimꝰ: ille hac machina, hoc erat pulſādus ariete.
Voluptatꝫ ſpecies ob mētis oculos poſita, adamanti-
Irriſibiles, & ferreos rapiet ad nequitiā titos, (nos,
Quantumuis luctētur, ſi fixus hęret viatus in animo.
Hac concuſſi baliſta, hac obruti cadent phalarica.
Quid, intellextin? an nondum etiam hoc? He. Immo probè.
Dia Hac igitur nunc in harena deſudaſcite.

¶ Actus quarti Scena ſecunda.
Scazontes.

Eubulus pædagogus. Dromo ſeruus.

Eubulus.

HAc illac circumcurſa Dromo, caue ſodes
Vllo conſiſtas in loco, niſi iumentum,
Adductúmq; prius curaueris herilem ad me
Filium, idem porrò vt faciant quiſquis eſt noſtræ
Familiæ commoneto, ſi expetunt illum
Saluum, audio in puerum fallaciam intendi
Ineuitabilem, niſi iuuamus nos,

Et ſummâ nitimur ope, nam voluptate'
Adoriri adornant, violento admodum telo, &
Ingente non temere aiunt fabulæ, viſa
Meduſa in ſaxa extemplo abiiſſe eos, qui illam
Vidiſſent, ſic Diana quoq; ſuum arbitrum
In ceruum mutauit ratione eadem, quum
Voluptatum illecebra deuinxerit ſeſe
Semel animus, ingratis eadem relabetur
Ad conſilia, quaſi ſus ad volutabrum,
Nec meminit aut virtutis aut honeſtatis,
Tanquàm qui Lothon edit, patriæ terræ
Redditur immemor è ſue grillus recuſauit
Reſtitui, vt Circes biberat poculum, cantu
Mulcti Sirenum, periere rate ſubuerſa.
Docent exempla hæc, vitæ ſemitas illos
Nunq̄ apprehenſuros, qui amplexi voluptatem
Hac deliniti ſunt ſemel, amplius dico
Aſpectus exurit, detorquet ad praua,
Exeſt medullas incunabula æternæ
Mortis cupiditates, transfundit in mentem,
Ægio animi feneſtras ſedulo adſeruet,
Ne mors illac ad animum ſubdole irrepat,
Hoc vt fuat, neruos intendit huc omneis
Iniquus grex, id noſtro nuncia raptim
Ego hac apparebo, illac curſitato tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Ocius, opus eſt facto. Dro. Opera dabitur, Eubule
Vale, noſtrum iter vtriuſq; bene Deus vertat.

¶ Actus quarti Scena tertia.

Diabolus leno. Dromo ſeruus.

Diabolus.

NVm noſtras ille, huc magnis qui affectat viis
Gradibus? nõ Megadori eſt, vt grallatorius
Grandes grandit gradus? nimirum ſubolet his,
Quod machinamur, eludendus hic eſt mihi,
Ne pugnam nobis ſiue turbam dat aliquam,
Dum ad nequitiam in noſtro docetur Ægio
Ludo. Dro. Moue abs te omnem moram Dromo, atque age
Hanc rem: vbi nunc illum inueniam? q̃ ſi quis mihi
Eum indicaſſet, quiduis optatum feret.
Dia. Abigendus ille hinc mihi eſt: heus tu apage ſis
Te hinc. Dro. Tu ire quenq̃ publica vetes via?
Dia. Ita hercle verò veto, adeoq; infortunium
Inuenies, niſi celerem maturaris fugam.
Dro Atqui hæc vis eſt. Dia. Sic ſum, nihil refert mea
Dum id quod volo modo impetraſſo. Dro. durus es.
Dia. Nullus gratiam moror aut ingratias
Maleficio adiungere mihi, non beneficio
Conſueui homines. Dro. Quin, quò me herus ire vult ſuus?

Dia. Quin, nihili facio. Dro. Quin ingratis. Dia.
Quin neque
Pol ſinam. Itan' pergis maſtigia? a hu vapula.
Dro. Hei mihi, ſed eccum quem quæro, dictator en
Nihili in minimi precij ſenatu præſidet.
Nec mihi conferre cum homine ſermonem licet,
Neq; malarum rerum autores refellere.

¶ Actus quarti Scena quarta.

Octonarij Septenarij Senarij, Iambici
Septenarij Trochaici nonnulli.

Ægio. Hedylogus. Gulo. Diabolus.

ECquid Sarcophilia amat nos? He. Amat? an
ardeat potius roga.
Æg. Ain? He. Non ſic flammiuomis ignibus Æthna
flagrat, Æg. Pol beas
Me. Gu. Miſera ſomniat te cogitat, te deperit, ita ſe
Cruciat, macerat, afflictat miſera præ amore, fa-
Se abs te ſi ſentiat, perierit è veſtigio (ſtidiricr
Prudẽs, volẽs, vidẽs, viuẽnſq; ſic deamat medullitus
Non eſt quòd cauſeris, non amari cuiquã incognita
Vnde hinc notio me? Ægio, Pulchre ſcrupulum ex
animo eximis.
Gulo. Dum virtutes prædico tuas, quaſi Naphtha
incendio
Rapitur. He. Vt ingenua eſt & liberalis, oppidò eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Ægre illi, tam arte contentéq; haberi te, nam ſpiritus
Generoſus libertatis eſt amans, proinde te citat
Libello venereo: hem ſume literas, ſui amoris indices.
Æg. Sarcophilia Ægioni ex animo plurimam
Dicit ſalutem, mi animæ miſereat tui
Te, vt me tui miſertum eſt, itidem te mei
Iuxtà miſereat mea voluptas, mel meum,
Mea lux, meus ocellus, mea vita, corculum
Meum, amore langueo nimio, & inſtar niuis
Sole incaleſcente liqueſco, niſi te mei
Miſereat itidem, vt eſt miſertum me tui.
Occiſiſſima ſum, vt tu etiam es occiſiſſimus.
Veni, duos vna ſerua opera, ſi duos
Nolis, vt me malo dignam exitio putes.
Tu dignus es, qui intereas, ſis curæ tibi.
Veni mi pulle, veni mi paſſer, carceris
Tui deſere pedorem, fuge tyrannidem
Duri patris, qui te, Geniúmq; nobilem
Iſtum omni fraudat fructu gaudij: vale
Paleſtra ex Hierichontea, ô iterum vale,
Vix apud me ſum, ſic ardeo, æſtuo cupidine.
Dia. Heus flagricibæ adijcite virus ſerpentibus, & addite oleum
Camino, quẽ petat turdus cibũ à tranſſenna oſtẽdite.
He. Ohe teneo, vin' Ægio videre tuæ vultũ candidũ

Veneris, & luculentā formā, ocellos perq̃ amabiles,
Colorem verum, os roſeum? Æg. Iamdudū iſthuc
geſtio. He. Hem, vide.
¶ Sarcophilia hic ſaltabit cum Cupidine,
Baccho, & Marte latronibus.

¶ Actus quinti Scena prima.

Senarij Iambici.

Hedylogus. Ægio. Eubulus.

Hedylogus.

VIden' quàm ſint tibi ſecundæ de tuo
Amore res oēs? quid, ſentin? Æg. Admodū.
He. Nimirum, ſenticeto inhæres aſpero.
Æg. Vbi tu quæ tam imperioſe vadimonijs
Vadata es venereis me? ocelli me tui
Cepere, leues nutus, collum tornatile,
Te ſuſpiro, te inhio, ad te mea vita aduolo.
Eu. Curſando atq; ambulando contriui hunc diem,
Nec, quem quæro, inuenio Ægionem: ſed quis eſt
Delirus ille, temulentus, lymphaticus?
Au, noſter eſt, is de quo agebam, proh Dei
Fidem atque hominum, quis ad hunc te exagitat
modum?
Quæ te intēperiæ, quæ laruæ, aut monſtra ſtimulāt?
Æg Totum me Sarcophilia tenes, duc quò libet.
Vbi ſum neſcio: vbi ſum, ibi non ſum, atq; vbi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Non ſum, ibi animus eſt meus. Eubulus. Ad mentem
obſecro redi.
Eheu, quò Coryceite pepulere? quò
Redegere? redi oro in viam. Æg. Lux mea, mea
Animula, mea voluptas, ad te vernulum ô
Meum propere ruo. Eu. Perit, occiſa eſt ſalus.
In pertuſum ingero dicta irrita dolum.
Quid verba mortuo facio? verſabere.
Ægio hodie verberibus, atq; incommodis
Augeris, frigere vt cicer, vt incus miſer
Cuderis plagis, flagris, ſanguine horridus.
Æg. Hieruſalem vale, vale longum. Eu. Male
Conciliatæ peris: eo vt apportem nuncium
Patri, cuius minime optet fieri particeps,
Méq; expediam qua ſuſpectus ſum noxia.

¶ Actus quinti Scena ſecunda.

Septenarij Trochaici & Iambici Senarij.

Diabolus leno. Cupido, Bacchus, &
Mars latrones. Ægio adoleſcens.

Diabolus.

AGite, ſacri adeſte ſymmiſtæ, plagipatida
appetit,
Appropinquat inſidijs. Æg. egreſſus vrbē cōmodūm
Sum, ecce moles quædā arietat, concuſſatq; cor mihi,
Et dolor animum inteſtinus fodicat tanq̄ ſpiculo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Præſagit mali mens quippiã: redeámne, an progredi
Pergam, redeam? non, ſi ipſa me reuocet ſalus,
Amœnitatibus omnibus prior eſt Venus
Mea, ô te iamiam amplectar. Latrones. Deglubite
hominem,
Deſpoliate, exuuias auferemus. Æg. hei miſerò mihi
Latrones. Impurum operiamus flagris, fuſtibus,
tuber caput
Et reliquum corpus reddamus ex ſuis virtutibus.
Ornate, plagis hulcerate, occidite.
Dia. Bene habet, auferte prędã: en ſemianimus, iacet.

¶ Actus quinti Scena tertia.
Trimetri Iambici & Trochaici
cum vno Dimetro.
Megadorus.

DE iſthac Eubule requietus eſto, te
Extra noxam eſſe ſat ſcio, ne lachryma.
Nobis ratio inita eſt, illius vt ſita
Intuto vt res ſit: Samarites meus vnicus,
Mea potentia, meus ſermo, meum brachium,
Verum aget Samariten, voci congruet ſuæ.
Seruatum curabit nobis & redditum.
Verùm, ne tanti temere redimam, perditum
Tentabo primùm minimo, deinde paululo,
Quod ſi non queam, at quanti queam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Hac gratia Sacerdotem cum victimis
Legabo, ſiquidem iuuerit: ſin hoc minus,
Leuites ibit legibus inſtructus ſacris.
Poſtremum deſtinabo Samariten meum.

¶ Actus quinti Scena quarta.

Trimetri, vt ſuperiores.

Sacerdos.

IN lauta ne eſſe parte me atq; acta bene
Cenſeo, cui aduerſus violentiam hoſtium
Obſidentium hæc itinera, dedit Deus hoſtias,
Quibus bene ſi vtar, propitietur mihi pater,
Cæterum illi tam indignis exemplis ſaucio,
Nihil queant conferre, doleo ſeminecis vicem.

¶ Actus quinti Scena quinta.

Trochaici ſeptenarij.

Leuites.

NOn eſt vltimæ infœlicitatis ducendũ loco,
Si cui cœleſtis myſterij tradita ſunt oracula.
Præſcripta à Deo lex, & magni decreta Numinis
Credita ſunt nobis, quibus quid phas ſit, quidq; ſit nephas,
Exploramus haud inſcitè, ſicut lapidẽ ad Lydium.
At bruto, inſulſo, fatuo ſi hæc enarrare occeperis,
Nihilo plus agas, q̃ ſi des operam vt cæco purpurã
Offeras dijudicandam, aut ſurdo referas fabulam,

Quin irritamenta & illecebras peccandi ſuſcitant,
Niſi Deus retundat mentis impetum, & præmolliat
Animum. Proin quum lex mea præſidij nil ferre huic queat,
Quid agam? miſeret me quidem, atqui ruſtica eſt inſcitia,
Ærumnoſum adire ægrum, quem neque re neque verbis iuues.
Progredior igitur, mando illius affecti curam Deo.

¶ Actus quinti Scena ſexta.

Trimetri Iambici.

Samarites adoleſcens. Ægio adoleſcens.

Samarites.

NOn me piget agere, quod fugitant liberi alij,
Qui dum paternæ fontem munificentiæ
In alienis aliquanto vberius ſentiunt
Aperiri, metuunt poſſe tandem claudier
Sibi ad fundum profuſa abierit largitas,
Benignitatis idcirco præcidere
Venam operam dant: ego contrà, ſi cui benefacit
Pater, ex animo gaudeo: ſi quem mittit manu,
Approbo, in hæreditatis amplæ ius meæ
Adoptat, id ſanè lubente me facit.
Siri male meritum beneficia adiungit ſibi,
Laudo: ad ſolem comparo, qui lumen omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Fruendum vltro ſuum dat, ſi quenq́ abdicas
Ob flagitia, quæ facit illiberaliter,
Animi me ango, quod poſſum enitor ſedulò
Manibus ac pedibus, qui reſtituatur gradum
In priſtinum, & in idem vſq; inſto incumbere.
Ah quantam adfert animo meo ægritudinem
Adoptati iampridem fratris calamitas.
Eheu videns horreſco, ſanguine fluidus,
Corpore lacero, vulneribus alte hiantibus,
Sanie atq; tabo ſqualidus, aſpectu horridus,
Iacet, eheu oculis triſte ſpectaculum meis,
Videns excrucior, commouentur viſcera
Mihi omnia: quo mihi iumentum, vinum & oleum?
Niſi hæc præ fratre poſt putem? vtraq; vbi opus eſt?
Quid ceſſo adire, atq; oleum vinúmq; addere
Cruentis plagis? Frater euge, animo es bono,
Sodes ne metue, en infundo chariſmatis
Tibi gratuiti oleum, quo ſis gratus Deo, &
Charus & electus, hoc eſt oleum gaudij
Atq; exultationis. Itidem vſus meri
Qui ſanguis vuæ eſt plagis confert adhibitus.
Quis circumuecto magno ſtudio linthea
Vt fotæ melius coëant, tibi nempe ſcelera
Remitto, & charitate tego, te colloco
Meum in iumentum, qui commodius hoc iter

Conſcias, & incarnationis te meæ in
Vehiculum traduco, quo languores fero
Cunctorũ, nanq; ego plexus ſum humanũ ob ſcelus,
Quieſce hic. Æg. Merito maximam habeo gratiam
Tibi, ab orco in lucem & vitam reuocas, eram
Nullus, reſtituis me, excideram omni ſpe, patris
In gratiam reducis me, meritiſſimo
Amo te. Sa. Iſtam fac teneas mentem, & quid
Poſſiem amicus, comperies magno tuo bono.

¶ Actus quinti Scena ſeptima.

Trimetri Iambici cum Septenario.

Stabularius. Samarites. Ægio.

Stabularius.

STabulũ, hoc eſt Pandochiũ, hic conſtituit herus
Receptandis curandiſq; familiariter
Peregrinis vniuerſis, qui huc diuerterent,
Meq; hoſpitem dedit, hoſpitalem æque omnibus
Eſſe iubet, duci qui nolit, iubet trahi
Pij exemplo Abrahæ & Loth, quod ſumptifacio
Suppeditat de ſuo, nec ſumptus ſumptui
Ducit, quantumcunq; expendo, ſemper dati
Rationem ſuperat acceptum, ſic copiæ è
Cornu influit, intendere me ſemper & erigi
Occaſionem in omnem mandat, deputat

In lucro ſibi, quod benefit de ſuo: exeo
Itaq; huc obſeruatum, ne quis beneficij
Expers prætereat. Sed quis hic eſt, videon' Herum?
Certe ipſus eſt. Salue iterum atq; iterum, optatò ades
Here. Sa. Credo, quia ſeruis tam liberaliter.
Sta. Si quid ago aut egi quod placet, gaudeo equidē;
Idq; eſſe gratum tibi beneficium æſtimo.
Sa. Huc fortunatè ades æger, ſi cui contigit
Vnq̃ auſpicatò eſſe ægro. Æg. In me iſthuc competit
Idq; immeritiſſimo, hócq; eſt maior gratia;
Ad amœnitatem atq; venuſtatem congruit
Tam aperta, humana, inexpectáq;
Mihi liberalitas. Sa. Iſthuc rectè. Stab. Sine
Te adiutem Here: renuit, en q̃ familiariter
Introducit, quæ gerat arbitrari lubet
Hic per ruinam. Proh ſumme Deus, q̃ leuiter
Depoſitum demulcet, curat, lauat, fouet;
Solatur: nullis deniq; verbis dicere
Queam, quanta pius ſedulitate, ſtudio, &
Quaſi officiorum ſollicito certamine,
Totam hanc emenſus eſt noctem, videre me
Iuuat, iuuat vſq; morari, nulla ſentio
Noctis tædia, ſed nunc huc egreditur foras;
Quicquid me obire muneris velis, tibi
Me dedo, obſequij quiduis impone, impera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Sa. Miſero quod benefit, id demum gratum eſt mihi.
Próq; iſtis meritis gratum me & Numen fore
Olim cognoſces in die illa, vtq; grauida
Gratia ſit illa cumulatiſſimis bonis.
Adduxi hunc hominem calamitatibus obſitum,
Quem tibi curandum mando, tradóq;
In accepta refer: accipe hem denarios
Duos hos, quòd ſi quid facias impendij
Hæc præter, confice tabulas, atq; id refer
In rationes, & dum tecum in reditu puto,
Reduc ad calculum, reponámq; ampliter
Tibi. Stab. De iſthoc animus in tranquillo eſt mihi,
Lubens in hoc incumbam, & morem tibi geram.
Vale ô Here, concedo intrò vt ægri curam agam,
Congratulor homini, atq; gaudeo mihi,
Illi ſalutem, mihi parata præmia.

¶ MORIO.

SPectatores, hic ſi manetis, denuo
Huc illi dum exeant ad vos, perit opera
Vobis, intus conficietur negocium,
Ægio comiter excipitur, intus Pandocheus
Nummos diſpenſat, qui ſi mihi ſint crediti,
Minime domi, ſed in popina abſumerem.
Neu Samariten expectate, haud hodie aderit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

¶PERORATIO.

TAce verbero, quin ſpectatores optimi
Agite, expectate venturum dominum, quia
Vita vigilia eſt, & palma poſita eſt vigilibus.
Non temere eſt nec vacat myſterio, hoſpiti
A Samaritano Chriſto non niſi duos
Nummos, cóſque argenteos decadi ſacros
In impenſam dari, nimirum ſymbola
Vtriuſque legis, Moſeæ atque Euangelæ:
Aut præcipui vtriuſque mandati, vnde lex
Dependet vniuerſa, & magna oracula
Vatum, hæc argenti candorem ſancta retinent,
Et puritatem, ſpectántque ſacrum ad decalogum.
Stabulario traduntur. Eſt Stabularius
Autem omnis homo. Scriptũ eſt, Deus de proximo
Mandauit vnicuique, ſed huc non reſpicit
Noſter Samarites, deſignat enim eccleſiæ
Capita & columnas, qui à Petro quaſi per manus
Lampada curſu accepere commiſſi gregis
Curam, Petrus ſuis cum ſucceſſoribus
Eſt Pandocheus, illi nummi ſunt traditi
Euangelici, neque erogare ſolum habet
Illos, ſed & alios ſua pro induſtria.
Sed veſtram ſpectatores perſonam Ægio
Præferre, vos eſtis hiulci laceri, ſuacij.

DE SAMARITANO.

Plagis vitiorum impactis à cacodæmone
Semper ſollicitante ad peſſima, ne metuite,
Tamen vbertim vino madetis & oleo
Chriſti, alligatis vulneribus fœliciter.
Oleum Spiritus eſt Sanctus, his nouiſſimis
Diebus effuſus in omnem carnem, Deus
Omnes ſaluos vult fieri. Vinum ſanguis eſt
Eius, in eo tincti eſtis, & vt erratica
Ouis reducti in ſtabulum, moriens omnia
Ad ſeſe traxit dominus. Alligatio
Veſtrorum vulnerum, Numinis eſt charitas,
Qua donat, delet, abolet veſtra crimina.
Veruntamen adhuc infirmi eſtis, nam caro
Neſcio quo Fato eſt ægra ad munia ſpiritus,
Quapropter Pandocheo, cui vos tradidit
Ieſus, ex animo morem gerite: & vti
Paulus ait, ſubiacete: peruigilat enim
Pro vobis, ergo in Pandocheo beneuolũ
Curatorem admittite, ſimul cauete, ne
Eius præſcripta deſpuatis, ſic dies
Hic vobis fortunatus fuerit. Plaudite.

¶COMOEDIÆ FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 G 42